

6379—6381 litteris bonis. San Vittore rep., nunc Iesi in bibliotheca civica.

6379 *salu* TI · AVÇ 6380
 SSICVS
ex test A M E N to
 ? *im m* NITAS

im MVNI
fo CIEND *um cur*
 VS EFFI *giem?*

6381 ERDV
 NTO
 a DIECIT

Et charta expressas et delincatas misit Alexander Chfappetti Iesensis. Fragmenta haec quamquam non ex eodem titulo supersunt (nam in omnibus differt litterarum magnitudo), non solum una reperta sunt, sed etiam ad idem monumentum crediderim pertinuisse.

CXXVI. RICINA (p. 547).

ad n. 5742. Fuit postea Romae in museo Francisci Angeloni teste Ioh. Bapt. Casalio de profanis et sacris veterum ritibus (Romae 1644. 4.) in tabula adiuncta ad p. 83 (inde Fortunius Licetus de lucernis antiquorum 1653 p. 897; Mur. 3, 41), deinde apud Urbanum Rocci testibus Causeo mus. Roman. sect. 5 tab. 6 et Santio Bartolio Bellorioque *le antiche lucerne* (1691) part. II tab. 2 cf. 4 (inde Mur. 117, 3. 1978, 4). Ex his datur inter urbanas vol. VI n. 368.

ad n. 5747. In codice Angelicano praescribitur sic: 'In Italia vero antiquis de principibus, qui suis inclitis progenitoribus gloriabantur, hoc nostra 'in Piceni provincia conspeximus ἐπιγραμμα', subscribitur autem: 'erat hoc ad antiquos et dirutos vetustate muros iuxta Potentiam flumen non 'longe a Ricinate oppido quod incertum [*scr. imperitum*] vulgus Racanetum appellat: sed hoc ex epigrammate Ricinates illud condidisse videntur. 'Kyriacus Anconitanus qui reperit et cet'. Haec ut omnino excerpta sunt ex ipsis commentariis Cyriacanis, ita etiam magis confirmant quod statuimus 'progenitores' adiectos esse ab ipso Cyriaco. Ne hoc quidem praetereundum est subsequi statim in libro Angelicano tituli Ravennatis XI, 127 formam interpolatam et ipsam sine dubio a Cyriaco excogitatam. — Denique Bononius titulum recenset inter ea quibus praescribitur: 'ab exemplaribus Kiriaci Anconitani'.

ad n. 5749. Errore datur inter urbanas vol. VI n. 3153.

CXXVII. PAVSVLAE (p. 553).

ad n. 5798. Lanzi in schedis Florentinis legit ID·L pro C·L.

CXXIX. POTENTIA (p. 556).

6382 una cum armillis aureis duabus gemmae rep. a. 1882 inter rudera Potentiae Picenae in praedio principis Borghesi a colono Volpini.

DIS · MAN
 T PVBLCIVS
 GEMINVS
 NVMITORIAE
 5 IONIDI
 CONIVGI · B · M
 ET NVMITORIA
 LICETIS · PA
 TRONAE · PIENTI^s
 10 SIMAE ET SORI
 EIVS · HERENNI
 AE ARSINOE

Brunaccius Recanatensis descripsit misitque per Philippum Raffaelli Firmanum. 8 fortasse fuit HICETIS. — 10 requiritur SORORI.

CXXXI. AVXIMVM (p. 559).

ad n. 5827. 'In ecclesia cathedrali S. Teclae seu S. Leopardi sumpta a me' codex Oscottiensis.

ad n. 5843. Recensionem ficticiam Asculanam vide supra n. 5180 cum add.

ad n. 5845. V. 4 emenda sic: IVS · TR · MIL · BIS · PRAEF · FABR · PR .

ad n. 5853. Eiusdem esse titulum vol. III n. 455 Mytilenaeum consulis a. 723 monuit Dessau.

ad n. 5855. Falsa exempla aenea alia duo Bononiae in museo universitatis vidit Bormannus (cf. vol. XI, 105* 7. s).

ad n. 5868. Iam accedit liber Oscottiensis, referens hunc titulum non in copiosa Auximatium titularum sylloge, quae ei cum Senensi communis est, sed loco posteriore una cum n. 5826. Versuum divisio differt; lectio eadem est atque libri Berolinensis.

ad n. 5880. 'In lapide prope ecclesiam S. Mariae mercatus' codex Oscottiensis.

6383 cippus altus m. 1.20, latus infra m. 0.65, supra m. 0.60, crassus infra m. 0.24, supra m. 0.19, litteris altis m. 0.07; rep. Auximi d. 23 Ian. a. 1882 una cum n. 6383, ubi vide.

metopae et triglypha, in illis vasa et bucrania

L · VETTIVS · L · F
 VEL

A N I N I A N V S
 TR · MIL · LEG · VI

Cecconius misit.

6384 nella sommità di una delle facce di un masso di travertino esattamente squadrato, alto cent. 65, largo 40, e 40 di spessore. Auximi a. 1882 rep. ad moenia oppidi aetatis Romanae ad septentrionem: i tre massi [haec et n. 6382. 6384] si trovarono addossati alle mura per servire, come sembra, o al piano di una antica strada, della quale si ravvisa una traccia lungo le mura medesime, o poste là per fondamento di una parte dell' antico convento dei Francescani. Ita ad me scripsit CECCONIVS adhibitis architectis peritis Francisco Fiorenzi comite et Eduardo Pellegrini.

C · PLAVTIVS CF
 RVFVS PR · BIS

Cecconius misit, addens inferiorem partem lapidis cent. 55 scriptura vacare.

Aut eiusdem viri est, cuius est n. 5834, aut cognominis ex maioribus posterisve eius.